

/ Clarissime Domine, ¹⁶⁵⁵

Ante quindecim dies misi ad te manuscriptum opusculum meum de aeterna felicitate Sanctorum. Sed cum postea relegerem libri primi caput quintum animadverti verba S/ti Joannis Chrysostomi ex homil. ⁵66 ad populum Antiochenum, commodius potuisse collocari paulo inferiorius, videlicet immediate ante illa verba, At Reges Regni coelorum, quales sunt omnes illi etc. Sed hic oportebit pro voce, At, substituere vocem, Siquidem. Id totum permitto eruditioni, et prudentiae tuae. Gratum autem erit cognoscere, an acceperis scripta ad te transmissa: et quando incipies ea typis mandare, si tamen luce publica digna esse tibi videbuntur. Vale vir optime. Romae die . . . 1616.

Arch.Vatic.Gesuit.22 Epist.CLXXVIII.